

Quinquaginta hieroglyphicè per digitos indicandis levæ pollicem, palma tota passa deorsum inflectes, & Γ tertiæ apud Græcos literæ similitudinem effinges.

Sexaginta constitues, si indicem super summitatem pollicis circumduxeris, hoc est, si pollicem eo gestu inclinatum, quo quinquaginta per se significat, toto indice circumducto diligenter à fronte præcingas.

Septuaginta exprimebantur, indice ut supra circumducto, pollice verò ita exporrecto, ut in medium indicis artum affigatur, id est, si pollex atq; index divaricati atq; distenti sint.

Octoginta ostendit index identidem circumflexus, pollexq; protentus, ita tamen, ut ejus unguis extra medium indicis articulum prominens appareat, vel, ut alij explicant, pollex indici ac medio insertus.

Nonagenarius exprimitur per inflexum levæ indicem, ita ut ejus unguis ad radicem pollicis applicetur: pollex liber extet, qui superiore numero, toto extremo articulo oppressus erat ab indice, vel, ut alij exponunt, indicis apex radicem pollicis admotus.

Centum